

**MASS PROPER: THIRD SUNDAY OF ADVENT**

Mass *Gaudéte* (rose)

**INTROIT Philippians 4: 4-6**

Gaudéte in Dómino semper: íterum dico, gaudéte. Modéstia vestra nota sit ómnibus homínibus: Dóminus enim prope est. Nihil sollíciti sitis: sed in omni oratióne petitiónes vestræ innotéscant apud Deum. (Ps. 84: 2) Benedixísti, Dómine, terram suam: avertísti captivitátem Jacob. v. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen.  
Gaudéte in Dómino semper: íterum dico, gaudéte. Modéstia vestra nota sit ómnibus homínibus: Dóminus enim prope est. Nihil sollíciti sitis: sed in omni oratióne petitiónes vestra innotéscant apud Deum.

**COLLECT**

Aurem tuam, quæsumus, Dómine, précibus nostris accómmoda: et mentis nostræ ténebras, grátia tuæ visitatiónis illústra: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**EPISTLE Philippians 4: 4-7**

Fratres, Gaudéte in Dómino semper: íterum dico, gaudéte. Modéstia vestra nota sit ómnibus homínibus: Dóminus enim prope est. Nihil sollíciti sitis: sed in omni oratióne, et obsecratióne, cum gratiárum actiÓne, petitiónes vestræ innotéscant apud Deum. Et pax Dei, quæ exsúperat omnem sensum, custódiat corda vestra, et intelligéntias vestras, in Christo Jesu Dómino nostro.

Rejoice in the Lord always: again I say, rejoice. Let your modesty be known to all men: for the Lord is nigh. Be nothing solicitous: but in everything by prayer let your petitions be made known to God.(Ps. 84: 2) Lord, Thou hast blessed Thy land: Thou hast turned away the captivity of Jacob. v. Glory be to the Father and to the Son and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Rejoice in the Lord always: again I say, rejoice. Let your modesty be known to all men: for the Lord is nigh. Be nothing solicitous: but in everything by prayer let your petitions be made known to God.

Incline Thine ear, we beseech Thee, O Lord, to our petitions: and, by the grace of Thy visitation, enlighten the darkness of our minds. Who lives and reigns, with God the Father, in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, Rejoice in the Lord always: again I say, rejoice. Let your modesty be known to all men: The Lord is nigh. Be nothing solicitous: but in everything, by prayer and supplication, with thanksgiving, let your petitions be made known to God. And the peace of God, which surpasses all understanding, keep your hearts and minds in Christ Jesus our Lord.

**GRADUAL Psalm 79: 2,3**

Qui sedes, Dómine, super Chérubim, éxcíta poténtiam tuam et veni. V. Qui regis Israël, inténde: Qui dedúcis velut ovem Joseph.

*(The Lesser Alleluia is omitted when this Mass is celebrated on ferias.)*

**LESSER ALLELUIA**

Allelúja, allelúja. V. Excíta Dómine poténtiam tuam, et veni, ut salvos fácias nos. Allelúja.

**GOSPEL John 1: 19-28**

In illo témpore: Misérunt Judæi ab Jerosólymis sacerdotés et levítas ad Joánnem ut interrogárent eum: Tu quis es? Et conféssus est, et non negávit, et conféssus est: Quia non sum ego Christus. Et interrogavérunt eum: Quid ergo? Elías es tu? Et dixit: Non sum. Prophéta es tu? Et respóndit: Non. Dixérunt ergo ei: Quis es, ut respónsum demus his qui misérunt nos? Quid dicis de te ipso? Ait: Ego vox clamántis in desérto: Dirígite viam Dómini, sicut dixit Isaiás prophéta. Et qui missi fúerant erant ex pharisæis. Et interrogavérunt eum, et dixérunt ei: Quid ergo baptízas, si tu non es Christus, neque Elías, neque prophéta? Respóndit eis Joáannes, dicens: Ego baptízo in aqua: médius autem vestrum stetit, quem vos nescítis. Ipse est, qui post me ventúrus est: qui ante me factus est cujus ego non sum dignus ut solvam ejus corrígiam calceaménti. Hæc in Bethánia facta sunt trans Jordánem, ubi erat Joáannes baptízans.

**OFFERTORY Psalm 84: 2-3**

Benedixísti, Dómine, terram tuam; avertísti captivitátem Jacob: remisísti iniquitátem plebis tuæ.

Thou, O Lord, that sits upon the Cherubim, stir up Thy might and come. V. Give ear, O Thou that rules Israel: that leads Joseph like a sheep.

*(The Lesser Alleluia is omitted when this Mass is celebrated on ferias.)*

Alleluia, alleluia. V. Stir up, O Lord, Thy might, and come to save us. Alleluia.

At that time the Jews sent from Jerusalem priests and levites to John, to ask him: Who art thou? And he confessed: I am not the Christ. And they asked him: What then? Art thou Elias? And he said: I am not. Art thou the Prophet? And he answered: No. They said therefore unto him: Who art thou, that we may give an answer to them that sent us? He said: I am the voice of one crying in the wilderness, Make straight the way of the Lord, as said the Prophet Isaias. And they that were sent were of the Pharisees. And they asked him, and said to him: Why then dost thou baptize, if thou be not Christ, nor Elias, nor the Prophet? John answered them, saying: I baptize with water: but there hath stood one in the midst of you, whom you know not. The same is He that shall come after me, who is preferred before me: the latchet of whose shoe I am not worthy to loose. These things were done in Bethania, beyond the Jordan, where John was baptizing.

Lord, Thou hast blessed Thy land: Thou hast turned away the captivity of Jacob: Thou hast forgiven the iniquity of Thy people.

**SECRET**

Devotiónis nostræ tibi, quæsumus, Dómine, hóstia júgiter immolétur: quæ et sacri péragat institúta mystérii, et salutáre tuum in nobis mirabiliter operétur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**COMMUNION Isaias 35: 4**

Dícite: pusillánimes confortámini, et nolíte timére: ecce Deus noster véniet, et salvábit nos.

**POSTCOMMUNION**

Implorámus, Dómine, cleméntiam tuam: ut hæc divína subsídia, a vítiis expiátos ad festa ventúra nos præparent. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

May the sacrifice of our devotion, we beseech Thee, O Lord, be always offered unto Thee: that it may both fulfill the end for which Thou didst institute this sacred mystery, and wonderfully work in us Thy salvation. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, who lives and reigns in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Say, ye faint-hearted, take courage and fear not: behold our God will come, and will save us.

We implore, O Lord, Thy mercy: that these divine helps may expiate our sins, and prepare us for the approaching feast. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.